© t begin van desen brief is f. 3. verso.

(R. D.

Epistola XXXIII.

D. NN. IOHANNES COCCEJUS.

72

‡. . . . . Joh. 17:3. +

\+ αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Sensus. ~~Haec~~ In eo consistit vita, illa aeterna, ut te cognoscant Deum, me Christum. quae cognitio quia non est in mundo, non est in illo vita. Ut animae vita mundana est intelligere et laetari, ~~ita~~ & corporis videre Solem, & eo aspectu aliisque sensu laetari; ita vita aeterna ~~est~~ seu ἐνέργεια vitalis ejus, qui Spiritum Dei habet, est nosse Deum et Christum, h. e. non tantum verum esse scire, quod Pater Jesu sit verus Deus, et Jesus filius ejus, sed Deum Patrem nosse, ut Deum, Jesum ut Christum, sive Patri & filio credere & ~~in~~ confidere ad salutem, cum ~~t~~ glorificatione nominis illorum. Vide infra v. 25. 26. Quum igitur dederis, ~~o~~ Pater, filio potestatem in omnem carnem, ut det vitam aeternam iis, quos dedisti ipsi; v. 2 consequens est, ut quemadmodum ego te glorificavi operis, quod dedisti mihi, impletione; ut cognoscant te Deum: ita vicissim glorifices me, Pater, apud te h. e. gloria, Christo convenientem mihi tribuas apud dextram tuam, (qua gloria habui apud te ante jacta mundi fundamenta) ut, quos dedisti mihi, videant gloriam meam & credant per me in te:

~~‡.~~

Epistola ~~XXXIII~~ XXXI. D. N. N. Johannes Coccejus

Vir Reverende.

. . . .

[illegible] ultro effectus es, [illegible] quasi jure hunc fructum publico bono a te reposcit? Mihi semper patria est ubicunque bene est. Bene est ubi-cunque tenuis mea tu[illegible] plurimo foenoris lucrat. Ista vero patria nomine indigna, indigna est quae ista nutricii sui tegat, quae virtutem incolumem odit quaesitura dubio procul ubi ex oculis sublata perit. Qui astrorum peritiam se jactant ex stellarum migrationibus, ventos tempestatesque praesagire solent. Ego quamvis nulla re minus quam noticia tam altae speculationis gloriari habeam, illud tu pateris tua, absit omen dicto praesagire ausim, non exiguas eam maneré tempestates, ubi tam illustre sydus quod splendebat velut inter stellas Luna minores migrare video. Mirabar sane multas metamorphoses post meum discessum obortas, aliorum abdicationes, aliorum remotiones, vocationes horum, illorum repulsas, sed omnium maxime mirabar dimissionem mei Coccejii. Patere me uti hoc verbo, qui pro tua humanitate lege quasi Platonica amicitiam dudum cum fratre cultam, mihi voluisti esse communem et me fecisti tuum. Et quem non insignia tua dona quae larga manu in te congessit dator omnis boni, in tui amorem attrahant, praesertim tanta cum pietate et comitate connexa? Mei oris filii me dignatoris tui.

Professor in Theologia ... Dn. Bogermannus, Dn. Scotanus & Theoreticus ille ...

... doctrinâ clarum ...

Tu v. à me quamplurimum salve, o meum cor, quo cum saepius hactenus ... somnio sum versatus, an placebit Dno nos corporibus iterum conjungere! ... si possit contingere, ut? sed quid? Silentium mihi in omnibus propositum & spes ... omnibus accessere patientia. Tuae suavissimae, mihi quidem ignotae, tibi tamen familiarissimae ... modo à me salutem impertito in Dnô. Cujus Tutelae te, tuam, tuos, & bonus Deus commendo, & ut pro nobis ores obsecro ... hic pestis & diuturnae ac maximè aspiratae pluviae temporibus. VIW. (Sc. ... te decet pingere ne adhuc literas tales posse, qui linguae scientiam pene ... proh dolor perdidi.) Deinumi 1636 3. Aug. St. v.

Tuus totus J. Hartlieb.